

18      *Ottonis Tachenij*

bus humanis, vt paulatim appa-  
rebit: artes nimirum naturam  
humanam imitantur, verba Hip-  
pocr. & concors concordi adhaerere  
docet idem b.

b. *Hip. li.*  
r. *de diata.*



*Alcali & oleum fit Sapo,*

C A P V T . I I I .

**C**Alx, vt dixi, habet duas di-  
uersas facultates acidum &  
alcali: alcali habere saltem sa-  
ponariam & abstersiuam virtu-  
tem suprà dixi, quam extrahere  
& separare docuerunt Hippo-  
cratici suo simili. c Saponarij ita-  
que addunt calci, Alcali facti-  
tium, ex vegetabilibus exutum,  
in tripla proportione, eò quod  
acidam partem in calce mortifi-  
cat, & alteram suo simili liquat.  
Humectant itaque cineres alca-  
lizatas pauxillum, quibuscum  
cooperiunt calcem inextinctam;  
sic relinquunt, donec calx dehis-

c simi-  
lia simili-  
bus soluun-  
tur

cat , pro signo mutua actionis,  
tunc commiscent , affunduntque  
aquam , vt massa humidior fiat,  
iuxta regulam ; salia non agunt  
nisi dissoluta : tunc sufficienti a-  
quæ quantitate , extrahunt alca-  
li lixiuiale igneum ( igneum dico ,  
cōsumpsit enim in momento bul-  
liens hoc lixiuum ebrium homi-  
nem , cum laneis vestibus , vt nil re-  
pertum fuerit , præter lineum in-  
dusium , & duriora ossa , vt accepi  
à fide digno , huius artis professio-  
re ) quod lixiuum igneum , Ma-  
gistram vocant ; quæ tanto alca-  
li saturata , vt ouum in illa non  
submergatur . Ex eadem mixtu-  
ra fit & aliud lixiuum minus sa-  
turatum , quod ouum non susti-  
net ; cum vltimo hoc , oleum vel  
pinguedinem ( alcali contrarium ,  
acidum enim occultum continet ,  
vt apparebit paulatim ) primò  
commiscent | propter suas cau-  
sus ) coquendo saponem ; coqu-  
unt , inquam , lento igne , donec  
albescunt , tunc adiiciunt Magi-  
stram in tripla a olei vel pingue-

*Ex Calce  
& melle ,  
fit mixtura  
qua callos  
pedum  
mortificat.*

*a Et an-*

20 Ottonis Tachonij

gescit maius  
a minore.  
Hip. lib. 1.  
de dieta.

a Hip.  
cicato libro.

b lib. 1.  
de dieta.

dinis proportione : coagulat autem bulliendo oleum alcali , donec in unum corpus coeant , ut contraria & permixta ; nunquam enim simul in eodem consistunt , sed semper alterantur : a necessarium est etiam , quae ab ipsis separantur , ac producuntur dissimilia fieri , ex alcali nimis manifesto , & acido occulto in oleo sit aliquid neutri , salvi saporis : linguâ quandoque explorant , si sapor dulcis addunt Magistrum , si mordax coqui debet , donec oleum absorperit , si vero mordacior , sensim addunt oleum ad discretionem , ut docet Hippocr.

spiritus alter , inquit , b trahit , alter protrudit , idem autem uterque facit , & in utramque partem tendunt , & sic hominis naturam imitantur .

Sal maris , quia non est corpus vacuum , ut alcalia , cum pinguedine in saponem non coagulatur ; habet enim ambas facultates difficulter separabiles , ut postea ostendam , ea de causa Nau-

*Hippocrates Chymicus.* 21.  
ficca, Alcinoi filia lauabat lin-  
tea ex fonte in maris littore, ut  
habet Homerus 6. odyss.



*Vitrum componit & dis-  
soluit.*

**C A P V T V.**

**V**itrum sit ex eodem silice,  
& eodem sale alcali, regulâ  
à contrario, non autem viâ hu-  
midâ vt sapo ; sed siccâ & igneâ  
fusione &c liquatione. Miscentur  
autem tres ; aliquando duæ sal-  
tem partes pulueris silicum, cum  
una parte salis alcali ( & non ci-  
barij acidi ) quod rodendo liquat  
silicem, & in fusionis igne absor-  
bet ; dico alcali pars, absorbet  
acidum illud, quod filex pro cal-  
ce continet supernatantque silice  
fuso, vocaturque axungia vitri a  
fel vitri, altera pars alcali coit  
cum silice, saturaturque de eo,  
& quoniam in eodem non con-

*a An-  
tron Crol-  
lio in lapide  
medicamen-  
tofo.*